Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



mi vultis precludere viam Nam cum ipse amor velit
adversus vos me amoris inflammatione perfundere
sed adversus mi alium spiraculum infundat amandi
ipsum possum sine blasphemia diligere ut tam vobis
contra me omnis removeatur occasio conquerendi
gratia vestri amori non curabo vaccare Cui sic
rende Cum propositis vestra quantus humanas multum
videantur aures multe veritatis tamen indagine
perquisita sophistica palliatione tegunt Numquid
homo peccator quia sibi deus gratiam non infundit
apud deum permanserat excusatus, certe nequaquam sed
eternis suplicijs mancipatur ergo si amoris vultus
indagationem effugere et eius cupitis spiraculis
inflammari suscipiendi amoris gratie vos abi-
lem constituatis et dignam Cui mulier quantu-
cumque quis bonum in orbe operetur quo ad eterna
beatitudinis premia capienda sibi valere non potest
nisi ex caritatis illud procedat origine Eadem
igitur ratione quantumcumque actibus proprijs studeam
regi deseruire amoris si illud non ex cordis
affectione procedat sed ex actu derivetur amandi
ad amoris mi premia valere non potest quoadusque ergo
radius non non pertinget amoris mei non potestis
amoris spei largitate poteri Cui sic rende
Ego deum semper flexis genibus exorabo ut vos co-
gat amare quem decet et quod vestre debeat
celsitudini expedire Colloquium nobilioris cum
nobili

43v